



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avreus Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Quo quisque religiosior est, promptius novellis ad inventionibus contrait,
unde magno studio Stephanus Papa resistit iterationi baptismatis. Caput
IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

cis indefessa meditatione recolendum: qui in modum septemplantium candelabri, septena sancti Spiritus luce radiantes, clarissimam postterit formulam permenstrarunt, quonam modo deinceps per singulaqueque errorum vaniloquia, sacrata vetustatis auctoritate profana novitatis conteratur audacia.

Quo quisque religiosior est, promptius novellis ad inventionibus contrahit, unde magno studio Stephanus Papa resistit iterationi baptismatis.

CAPUT IX.

Neq; hoc sanè novum: siquidem mos iste semper in Ecclesia viguit, ut quo quisque floretet religiosior, eo promptius novellis ad inventionibus contraheret. Exemplis talibus plena sunt omnia. Sed ne longum fiat, unum aliquod & hoc ab Apostolica potissimum sede sumemus: ut omnes luce clarius videant, beatorum Apostolorum beatorum

ta successio, quanta vi semper, quanto studio, quanta contentione defendit susceptę semel religionis integritatem. Quondam igitur venerabilis memorię Agrippinus. Carthaginiensis Episcopus. primus omnium mortalium contra divinum canonem contra sensum omnium sacerdotum, contra morem ac instituta majorum rebaptizandum esse censebat. Quę pręsumptio tantum mali invexit, ut non solum hæreticis omnibus formam sacrilegii, sed etiam quibusdam Catholicis occasionem præbuerit erroris. Cũ ergo undique ad novitatem rei cuncti reclamarent, atque omnes quaquaversum sacerdotes pro suo quisque studio retinerentur, tunc beatę memorię Papa Stephanus, Apostolicę sedis Antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tamen præ cæteris restitit: dignum, ut opinor existimans, si reliquos omnes tantum fidei devotione vinceret, quantum loci auctoritate superabat. Denique

nique in Epistola, quæ tunc ad A-
phricam missa est, idem his ve-
bis sanxit; nihil novandum nisi
quod traditum est. Intelligebat et-
nim vir sanctus, & prudens, nihil
aliud rationem pietatis admittentem,
nisi ut omnia, quæ fide à Patribus
suscepta forent eadem fide filijs con-
signarentur: nosq; religionem, non
qua vellemus ducere, sed potius, quæ
illa duceret, sequi oportere: idcirco
esse proprium Christianæ modestiæ
& parvitas non sua posteris tradi-
re, sed à Maioribus accepta servare.
Quis ergò tunc universi negotii cari-
tus? quis utique, nisi usitatus & so-
litus? Retenta est scilicet Antiquitas
explosa Novitas.

CAPUT X.

Sed fortè tunc ipsi novitiæ ad-
ventioni patrocinia defuerunt.
Imò verò tanta vis ingenii adhibuit
tanta eloquentiæ flumina, tantus
adsertorum numerus, tanta veri-
tatis militudo, tanta divinæ legis oraculo